



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

Caput I. De Notione Iudicii, partibus, divisione, causis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

tionē Ordinis Judiciarii. Caput quartū
de Prosecutione eiusdem ordinis. Capu
quintum, de Terminatione ordinis Judi
ciarii. Caput sextum, de Forma proce
dendi in Iudicio Criminali.

C A P U T I.

DE NOTIONE IUDICII, PARTI
bus, divisione, causis, &c.

C A S U S I.

TImoclea Thebana, Alexandr
Thebas diruente, Hipparchum
Thracem, luæ insidiatē pudicitia
deduxit ad hortum ubi puteus erat
in quem quidquid habuisset auri &
argenti se projecisse persuasit: quo
ille petiturus cū descendisset, ha
desuper saxis eum obruit. Ad Ale
xandrum delata & absoluta fuit. See
quæritur an ritè? *Poliemus lib. 8. Reso
lutio petitur ex num. 18.*

II. Caius Plotius, Tyro miles, ne
potem C. Marii tunc Romani Con
sulis & militiæ Tribunum libidini
impo

3.
impotentem, & foeda contra se pa-
rantem ferro transadigit. Marius
comprehensum causâ cognitâ dilau-
davit, & coronâ donavit, quod pul-
cherrimum facin⁹ eo tempore (bel-
li scilicet) edidisset, quo fortibus ex-
emplis opus esset. *Plut: in Apoph.* Quæ-
ritur an justum omninò judicium
egerit Marius. Resolutio ibid.

CONCLUSIO.

I.

Omissis variis Judiciorum in jure signi-
ficationibus, quas tradit Maranta l. p.
Speculi: Judicium aliud non est, quàm di-
scussio causæ coram iudice pro tribunali
sedente: dicta quasi Jurisdictio, quod in
eo jus dicatur, & Judex quasi jus sit dicēs
populo, aut quod jure discept. cap. forus.
de verb. signif: Cuiacius in paratit. Cod:
de jud: & Imbertus l. instit. for. l. forensis
controversiæ disceptatio. quæ ex actore,
reo, & iudice constituitur. cum Duar. ad
tit. de jud. cap. l.

2. Materia & subjectum judicii sunt

A 2

partim

partim personæ, veluti actor, reus, Judex
 partim causa seu quæstio: quæ quidem est
 vel juris, vel facti. Quæstio facti, qua quæ-
 ritur: an factum sit, veluti; *an Milo occide-
 rit Clodium?* Quæstio juris, quæ quæritur
 de merito ejus quod factum esse dicitur,
 veluti; *an jure occiderit?* Vult. 2. Jurispr
 Rom: 1. 2. 3.

3. Divisio judiciorum non una tantum
 est, sed multiplex, desumpta tum ab ipso
 Judice, tum materia, forma, fine. Ex per-
 sona judicantium aliud est, Ecclesiasticum
 quod coram judice ecclesiastico agitur,
 de rebus Ecclesiasticis maximè spirituali-
 bus, ut Matrimonio, Beneficiis: & his an-
 nexo jure Patronatus, de crimine hæresis
 Simonix, &c. aliud sæculare quod coram
 Judice laico inter personas sæculares ex-
 ercetur.

4. Rursus à materia & fine circa quem
 versatur aliud est Civile, aliud criminale,
 aliud mixtum. Civile est, in quo civili seu
 forensi actione agunt illi potissimum, ad
 quos ea res pertinet: ut quædo actor prin-
 cipaliter agit, ut Judex curet sibi restitu-
 ere res suas, aut agit ad recuperandum, vel ob-
 tinen

tinendum agrum, vineam, pecuniam sibi debitam. Criminale in quo reum alicuius criminis accusamus, ut publicè in eum advertatur, & exemplo edito deterreantur quandoq; similia aufuri. *L. ult. ff. de priv. del. l. ult. ff. de furtis §. in summa. instit. de injur. ut si in Ecclesiastico foro ex delicto agatur ad degradationem, ad privationem officii, aut beneficii, ad perpetuos carceres cap: et si Clericus 4. cap: cum non ab homine 10. h. t.* Unde videntur errare qui criminalia vocant, quorum exitus est corporis aliqua coërcitio. Civilia judicia quorum exitus est condemnatio pecuniaria. Sicut & illi qui civilia vocant cum pœna applicatur actori, criminalia cum fisco. *Duar: 1. Disp: anniv. 35. & ad tit. de jud: contra Menoch: 2. de arbit. cas: 265. n.*

4. Quod autem Barth: scribit in *L. perspicuum §. de linguis ff. de pœnis* criminale iudicium effici non tantum ob dolum & culpam latam, sed etiam levem, & levissimam: est contra *L. in L. 7. ff. ad L. Cornel. de sicar. & aliàs passim, nec adjuvat eum. L. miles 12. ff. de custod: & exhib. reor, L. 2. in fine ff. de term: mot.*

5. Subdividi præterea potest iudicium
 criminale in capitale & non capitale. *L. 2*
ff. d. jud: Capitale non tantum dicitur in
 quo agitur de capite abscindendo, aut na-
 turali morte infligenda, sed etiam dicitur
 capitale quando quis mittitur in exilium
 amittendo jus civitatis. *cit. L. 2. ff.* aut quan-
 do quis amittit per carceres perpetuos li-
 bertatem, quæ civile caput quoddam est
Maran: 4. p. dist: 2. Idque etiam obtinet in
 iudiciis Ecclesiasticis, nam & Iudices Ec-
 clesiastici creberrimè imponunt pœnam
 carceris perpetui delictis quibusdam atro-
 cioribus Clericorum, quæ revera est capi-
 talis pœna, ut passim *DD.* eiusmodi etiam
 censetur degradatio realis, quæ Clericum
 traditur brachio sæculari, quia per eam
 amittuntur in perpetuum omnia privile-
 gia Clericalia, quod plus est, quàm amit-
 tere jus Civitatis, patriæ &c. Non capitale
 iudicium est in quo non venit irroganda
 huiusmodi pœna. *Maran: loco cit:* ut quan-
 do criminis (de quo agitur) pœna est fu-
 stigatio, sive (ut jam usurpatur) pœna vir-
 garum, quia cedi virgis non infert civilem
 aut naturalem mortem, teste *Maran: sup*

Dist: 2. Sic etiam quando Clericus accusaretur de furto apud suum Judicem, licet sit iudicium criminale, sed non capitale, quia pro furto à jure civili non imponitur supplicium capitale, quamvis particularia locorum statuta sint severiora, in furto puniendo. Demùm iudicium in quo agitur de ferenda excommunicatione juxta Barth: capitale non est, quia excommunicatio non est pœna capitalis, sed medicinalis, ut ait *Pontif: in cap: 1. de sent: Excommu: in 6.* Mixtum verò iudicium est in quo & civiliter, & criminaliter agitur: ut dum de crimine aliquo v. g. furto agitur ad interesse partis, & simul ad vindictam publicam *cap: tuæ de Procur.*

6. Civile iudicium vel in personam est, vel in rem, vel de possessione rei. In personam est, quãdo personæ intenditur actio, ut si queraris apud Judicem Petrum debere tibi 100. ex mutuo, & petas ut condemnetur ad illos statim solvendo, ibi contra personam directè agis, oriturque actio huiusmodi regulariter ex omnibus contractibus, vel quasi contractibus. In rem est quando actio tendit immediatè in

rem, ut cum magis rei vendicatione, v. g. petis à Judice, ut curet tibi restitui tuum equum, qui dicitur esse apud Caium, ibi non immediatè contra Caium agis, qui hic non est tibi obligatus, quia fortè sine culpa sua rem tuam habet, sed contra detentorem equi quicumque ille sit: unde si Caius neget se habere equum, tibi non obest, quia non perdis per hoc actionem tuam; nam apud quemcunque repertus fuerit equus tuus, sive cum culpa, sive sine culpa, tu eum vindicas.

7. Ex quo colligitur, iudicium quoque de hypotheca esse actionem realem quamvis enim in prima sui creatione pendet ab obligatione personali, quia persona commens aut mutuo accipiens est, quae se ipsam aut bona sua obligavit, tamen sublata actione personali, sive quia vendita est realiter hypothecae subjecta, sive quia mortuus est debitor, creditori tamen manet integra realis actio contra ista bona apud quemcunque existant, ut communiter DD. *Sed num rectè iudicium possessorium sejungitur personali?* R. rectè si missionem in possessionem respicias: quod si de possessione e

inter

9.

interdicto agatur, in personam est iudicium, per rubr: ff. de Interd: §. ult: instit: eod: L. ult: C. eod: L. 2. & 4. C. unde vi L. ult: C. de lib: exhib.

8. Mixta verò iudicia quæ partim in rem, partim in personam sint, non agnoscimus §. 1. instit: de act: L. 1. §. 1. C. de anal: exc. Et possessorium iudicium non rectè ab Interpretibus dividi in summarium, & ordinarium docet Cuias: in L. si solo in 1. observ: 20. quia causa possessionis generaliter spectata momentanea cum appelletur, ordinaria dici non potest, per L. momentanea 8. C. unde vi & L. un: C. si de mom: poss: L. ordinarij 13. C. de R. v. 1.

9. Demum ex forma seu modo procedendi, iudicium dividitur in ordinarium, & in extraordinarium seu summarium, hoc est, in quo proceditur simpliciter & de plano sine strepitu & forma iudicii, ut in causis electionis, postulationis, hæresis læsæ Majestatis, in quibus nunquam solemnia observantur, neq; plena plerumq; causæ cognitio intervenit: ut optimè explicatur in Clement: Sapè de verb: signif: cap: fin: de hered: in 6. & Extravag: Henrici VII. quo-

A 5

modo

modo in læsa Majest: quamvis etiam in his
excludi non possint probationes necessa-
riæ & defensiones legitimæ: citatio, præ-
statio juramenti, de calumnia vel malitia,
aut de veritate dicenda, & sententia defi-
nitiva in scriptis à Judice feratur, quando
de levioribus, & parvi momenti causis
non agitur, *per Gl. in L. 3. §. sciendum ff. ad
exhibendum.* Ordinarium verò seu plena-
rium, in quo judiciorum ordo solenniter
observatur, plena causæ cognitio adhibe-
tur, ut cum reo citato, libellus, seu actoris
intentio scripta editur, & litis fit contesta-
tio, præstito juramento calumniæ, re per
probationis legitimè excusâ, & sententia
postremo executioni mandatâ, nisi ea per
appellationem, vel restitutionem in inte-
grum, vel supplicationem suspendatur,
rescindatur, vel nulla declaretur, ut habet
L. prolatam, & ibi DD. C. de Sent: & interlocu-

10. Et ordinaria quidem judicia plera-
que sunt, extraordinaria verò pauciora, &
legibus nominatim prodita; qualia qui-
busdam censentur, possessoria, de quibus
sup. concl: 6. petitio bonorum possessionis
ex edicto Carbonis *per L. 3. ff. de Carb. ed.*
missio

missio in possessionem fundi *ex L. 2. C. ubi
in rem act: causæ honorariorum & merce-
dum L. 1. ff. de extr: cogn: causæ alimentorum,
L. pen: ff. de his, qui sunt sui vel al. jur: Si pi-
gnus captum negetur debitoris esse, L. à
D. Pio 15. §. si rerum ff. de re judic: Si ad ex-
hibendum agatur L. 3 §. sciendum ff. ad ex-
hib: Si Pater liberis conditionem quære-
re, aut dotare nolit, L. 1. ff. de rit. nupt:
Si Pater, Mater, propinqui dissentiant,
circa eligendum maritum mulieri, 25. an-
nis minori, L. vidua 18. L. in conjunctione 20.
C. eod. Deniq; quotiescunq; periculum in
mora est, aut partes consentiunt, etiam
causa, quæ alioquin ordinaria est, summa-
ria posse fieri videtur, ut proinde hoc so-
lo modo causas miserabilium personarū
summarias agnoscamus, per L. un: C. quan-
do Imp: int: pup: vel vid: contra Gail: 1. obser: 1.
n. 40. & obs: 78. n. 3. qui simpliciter sum-
marias censet; idemq; obtinet in causis
matrimonialibus, contra quosdam, qui
simpliciter summarias, & de plano exer-
cendas scripserunt, sed malè, quò enim
unaquæq; causa gravior, eò minùs de pla-
no exerceri potest, per L. levia 6. ff. de ac-
cus;*

*cus: L. omnia 71. ff. de R. I. Covar: p. 2. de Ma-
trim: cap. 8. §. 12.*

II. Ex quibus facile deduces, non potest
se Judicem pro arbitrio suo in qualibet
causa coram se intentata summarie
procedere, sed in illis tantum casibus,
quos jura exprimunt *L. nec quidquam §. de
plano ff. de offic. Procons.* in reliquis autem
ibi non recensitis teneri servari proces-
sum ordinarium, adeo ut neque legato
à latere permissum sit per se cognoscere,
vel delegare alteri causam cognoscendam
summarie, quæ de Jure summaria non
est, ut fuse *Gl. in cap. fin. de heret. in 6.* Sicut
è contra, si per rescriptum (ut sæpè fit)
Judici mandetur, ut in causa certa pro-
cedat summarie, non potest Judex ut
processu ordinario, quia mandatum ha-
bet procedendi summarie, quod ipse non
potest invitis partibus ex se mutare, ut
tradit *Gl. in Clement. Sæpe de verb. sign. cum
Panor. ibid.* Dico partibus invitis, quia si
partes consensum præstent, ut proceda-
tur viâ ordinariâ, id Judex poterit, quia
quamvis ipsi mandetur, ut de plano pro-
cedat, id tamen factum est, in favorem

par-

partium, cui renunciare partes possunt. Quæ ferè ratio est, ob quam quando causæ, quæ non ex speciali mandato hominis, sed ex commissione juris tractandæ sunt summarie, Judici permissum sit, uti processu ordinario: nam cum in jure, videlicet *Clemen. dispendiosa* quæ hujusmodi causas summarias recenset, nullum Judici detur mandatum, sed tantum facultas, procedendi summarie, si ita viderit expedire, non est cur non possit procedere modo ordinario: ut *ibid. Gl.* quia facultas ibi data non ligat illum ad talem modum procedendi, neque partibus favor datus est, nisi ex quadam consequentia, & mediante voluntate Judicis.

12. Quod tamen de usuris in *cit. Clemen.* dicitur, intelligi debet de usuris deductis ad forum Canonicum, quia quando de iis tractatur in tribunali Civili, quod ubique penè jam practicatur, non est causa summaria, sed ordinaria. Causæ ergò summarie præter dictas *sup. n. 10.* censere debent 1. causæ Religiosorum personales, & criminales, *cap. olim de accus. 3.* 2. causæ delictorum levium, *L. levia, ff. de*

ff. de

ff. de accus. causæ civiles modici præjudicii
 quas Bald. extendit etiam ad 100. aureos,
 alij restringunt ad duos, tresvè aureos,
 alij, & melius, ad arbitrium prudentis
 Judicis remittunt, ex consideratione cir-
 cumstantiarum, personæ pauperis, vel di-
 vitis, patriæ, quæ pecuniâ abundat, &c.
 4. Scholarium seu studiosorum in Uni-
 versitate, tum quia ordinariè censentur
 modici præjudicij, tum quia non dece-
 scholares dum studijs occupantur ad
 publicam Reipublicæ utilitatem litibus
 occupari: tum denique quia complures
 Academia ab utroque supremo Principe,
 tum sæculari, tum Ecclesiastico privile-
 giatæ sunt, ut in causis scholarium sum-
 mariè possint procedere, nullo juris or-
 dine servato.

13. Causas quoque Mercatorum sum-
 marijs Doctores annummerant easque
 neglectis solennitatibus ventilandas cen-
 sent. partim quod in contractibus Mer-
 catorum bonum & æquum exuberare
 debeat: partim quod mercator, dum pe-
 regrinatur, sit persona miserabilis, *Ma-
 rant. sup. Dist. 9. n. 48. Foller. in addit. n. 149.*

Bercich

Berlich. par. 1. concl. 40. n. 33+ & par. 2. concl. 24. Verum recte jam olim animadvertit *Bertrand. lib. 2. consil. 53. n. 10.* ex moribus hoc & statutis particularibus non jure communi descendere. Et hæc quoad divisiones judiciorum magis **Communes.**

14. Quantum ad partes Judiciorum at-
tinet, eæ sunt tum substantiales, tum acci-
dentales: priores sunt, quibus omissis pro-
cessus nullus dicitur; hæ sunt quæ & ab-
esse & adesse possunt. Sed quæ verè sub-
stantiales sint, mira interpretum concer-
tatio est. Nos in hunc numerum ante omnia
videmur conjicere posse, actionis editionem
& litis contestationem, neque enim ju-
dicium consistere, & comprehendi po-
test, nisi intendat actor, & contradicat
reus, ex utroque autem litis, contesta-
tio exurgit. *L. vn. C. de lit. contest.* nec an-
tea lis esse dicitur, nec judicium inchoa-
tum, nec actor petere, sed tantum pete-
re velle. *L. amplius ff. rem ratam haberi L. apertissimi. C. de judicijs. L. 1. C. de plus petit. 2.* Juramentum calumniæ, adeò ad sub-
stantiam judicij pertinere videtur, ut si
ab al-

ac alterutro litigatorum exactum omis-
sum fuerit, eius omiffio vitiet processum
& sententiam latam nullam reddat. *L. 2*
§. sed quia veremur C. h. t. Quamvis Bald
Sichard. & alij: in hoc per omnia non
convenient, dum alij parte solùm, peten-
te id necessarium existimant; alij vero
apud *Donel. cum: 3.* etiam litigatore ta-
cente. Sed illorum sententia nobis, quip-
pe juribus vel maximè conformis, meri-
tò probatur. 3. ad substantiam judicij per-
tinet, ut Judex causa cognita, & litigato-
ribus, allegationibus renunciantibus,
sententiam ferat *L. iudices 9. C. d. jud: L. ex*
stipulatione 7. C. de Sent. & interloc: novel: 115.
hoc enim judex sine aditur, litem pronun-
ciatione sua decidat. Reliquæ judiciorum
partes non tam ad substantiam pertinent,
quam judiciis accedunt: & verisimile est,
partes substantiales tam in summariis,
quam ordinariis judiciis intervenire o-
portere, ut passim DD.

15. Difficultate non caret id, quod
complurium autoritate firmatur: om-
nium actionum instituendarum princi-
pium

pium ab ea parte edicti proficisci, qua
 Prætor edicit de in ius vocando. § *ult: in-*
stit: de pen: tem: litig. Et initium tamen judi-
 cii est litis contestatio. *L. un: C. de lit. cont: L.*
2. C. de jure iur: L. 14. C. de iud: L. ubi acceptum
30. ff. eod: Hæc non sunt contraria, Cuiac.
L. 9. obs: 21. Duar: ad L. 7. §. 1. de pact: Gail: 1.
obs: 74. Finis iudicii rectè sententia dici-
 tur. *L. 1. ff: de re jud: nec obest, quod appel-*
latione suspendi possit res iudicata. L. un:
ff. nih: nov: appel: interpos: L. 3. 12. 13. C. de
appel: quod provocatione condemnatio
extinguatur. L. 1. §. ult: ff. ad S. C. Turpil:
L. furti: 6. §. 2. ff. de his qui not: infam.

16. Interdum pro iudicio fors est, cuius
 usus quandoque certis conditionibus li-
 citus est. *L. in tribus 13. & L. seq: ff. de iudic:*
L. 5. ff. familia ercisc. Ridicula verò, & in-
 epta Pantaguelini illius ratio fuit, qui, ut
 Duarenus memorat ad *tit: de iud: cap: de li-*
tig: omnia forte dirimebat, uno scilicet iac-
tu universam damnans jurisprudentiam.
 Frontonis autem Danorum Regis impia
 atque immanis fuit vecordia, qui, Saxone
 Grammatico teste, lege latâ omnes con-
 trover-

trover-

versias qualescuncque eæ essent, singulari pugna dirimi iussit. Cuius impietatis notâ laborat etiam Federici I. constitutio de pace tuenda. 2. Feud: 27. Cur enim in vulnera, & cædes eos patiamur ruere, quos Prætor iurisdictione suâ potest componere. L. si cuius: 13. §. æquissimum: ff. de usufruct: Alciar: de singul: certam.

17. Fatemur tamen non deesse casus, quibus sine iudicio ipsi quasi jus nobis dicimus, cum nimirum aut serum est leges expectare, aut publica devotio id postulat. Ita desertorem militiæ, transfugam nocturnum populatorem agrorum, latronem seu viarum obsessorem impunè occidimus L. 1. & 2. C. quand: lic: unic. vind: se vel publ: devoc: L. 3. §. ult: ff. ad L. Cornel: de Sicar: Denique quicumque aggressor vitam nostram appetit, eum impunè occidere licet, si modò aliâ ratione periculum nullatenus effugere possumus. L. Scientiam 4. §. qui cum aliter ff. ad L. Aquil: L. vi vim ff. de iust: & jur: L. 3. §. eum igitur ff. de vi & vi arm: cap: significasti, & Clemen: si furiosus de homicid: docetque ipsa naturalis ratio, ut videtur est apud Tullium Orat. pro Milone.

18. Nec solum vitæ, sed & pudicitia^æ tu-
 tandæ causa aggressorem occidere licet,
 L. 1. pen: ff. ad L. Cornel: de Sicar: L. unica ver:
 ne igitur C. de rapt: virg: Tanner: Tom: 3. Disp.
 4. Q. 8. Dub: 4. n. 68. Quid ergo, si neq³ vitæ,
 neq³ pudicitia^æ, sed bonis insidietur? an profici-
 ent insidia ad excusationem cadis? videtur
 hoc quoq³; affirmandum quibusdam, sed
 in Cæsaris, non conscientia^æ foro; per arg:
 L. 4. §. 1. ff. ad L. Aquil. L. si pignore 54. §. furem
 ff. de furt. Clarus 5. sent. §. homicidium n. 25. &
 47. Farinac. q. 125. n. 168. Vasq. ill: q. 18. 5. Sed
 his legibus non obstantibus existimo cum
 Tannero Tom. 3. disp. 4. q. 8. dub. 4. num: 81.
 & DD. communiter, notabilem externo-
 rum bonorum amissionem esse grave da-
 mnnum, ita, ut ad illud vitandum possit
 quis hominem occidere: & ratio est, q^a
 bona externa sunt media ad sustentatio-
 nem vitæ, & conservationem honoris &
 status, ut docet Gl. in L. Advocati. C. de ad-
 voc. divers: jud. bona etiam externa dicun-
 tur sanguis & vita hominum, unde defen-
 di possunt cum dispendio vitæ alterius, si-
 cut & vita: quæ sententia etiam procedit
 quoad Clericos, ut patet ex cap: olim. de re-
 stit.

stit.

stit. Spoliat. & Mol. To. 4. Tr. 3. disp: 16. n. 1

19. Ad hæc depræhensum adulterum retinere horas diurnas nocturnasq; 20. licet, testandæ eius rei gratia. *L. capite quinto to 25. ff. ad L. Iul: de adult. imò nonnulli apud Less: lib: 2. cap: 9. dub. 5. n. 16. censent maritum, posse tutâ conscientia interficere Uxorem in adulterio deprehensam quia in L. marito. ff. de adult. & in L. Gracili eodem tit. Maritus instituitur minister Iustitiæ, eiq; datur facultas eam occidendi. Sed hæc opinio prorsus tenenda non est, nam Iure Canonico corrigitur, & cap: inter hæc Nicolaus Pontifex expressè dicit, non licet juxta leges Ecclesiasticas uxorem adulteram interficere.*

20. Postremò licet prehendere debitorem fugientem, eiq; nummos extorquere *L. ait Prator. 10. §. si debitorem 16. l. pen: in fin. ff. quæ in fraud. credit. Possumus item rescindere, quod adversarius in nostro fecit, cum jus faciendi non haberet L. quemadmodum. 29. §. 1. ff. ad L. Aql. Præterea etiam ex conventionem, absq; Judici decreto in possessionem rei obligatæ inpossimus. L. pen. C. de pign. act. Sed & testamento*

mento testator permittere potest legatario privata auctoritateprehendere possessionem rerum legatarum *Menoch:remed. 5. adipis possession: n. 31. Temperanda tamen res hoc modo videtur, ut ingredi possessionem liceat, sed debitore non reclamante. Cæterum ut contradicenti jus fiat, nulla pactione effici potest arg: ult: ff. ad L. Iul. de vi privata. Itaque errant, qui in L. 3. C. de pign: & hyp. ver. attamen, non præceptum contineri putant. Menoch: cit. remed. 5. n. 85. & alij. Plura de his in libris Feudorum, cap: un. de mil: Vasal. qui contum. est C. un. Hic fin. lex.*

C A P U T II.

DE IURISDICTIONE IUDICIS,
eiusdem prorogatione, recusatione,
delegatione & officio.

C A S V S I.

Constantinopoli Iudæus Christiano egenti certam auri summam mutuo dederat, ut constituto tempore Christianus & sortem, & usuræ loco, duas propriæ carnis uncias pen-